



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

De causa efficienti & materiali exco[m]munica. c. 6. 7. & 8.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

soluit Episcopus , non autem ab illa, quæ est ab homine. Illa ligat omnes contrarium agentes in dictione legislatoris, quamvis tempore legis datæ subditi non essent : Ista autem ab homine , ligat tantum subditos in iurisdictione iudicis commorantes dum fertur excommunicationis sententia. Demum inducta excommunicatio per statutum Metropolitani Archiepiscopi: ligat etiam subditos suffraganeorum:lata vero per ipsiusmet Archiepiscopi sententiā, cōprehendit tantū ipsius Diœcesis subditos.

*De causa efficienti, & materiali
excommunicationis.*

Cap. 6. 7. & 8.

Fœmina & laicus sine Papæ commissione excōmunicare nō possunt, nec sacerdos, nee simplex curatus, nec qui excommunicati sunt in maiori : sed

tan:um personæ Ecclesiasticæ iurisdictionem in foro exteriori non impeditam habētes, vt Papa, Concil. generale, Concil. prouinciale, Episcopus. Generales ord. Abbat:es. Priors Prouinciales, Guardiani: ac denique omnes iurisdictionem Ecclesiasticam in foro exteriori habentes. Causa materialis est duplex, remota, & proxima: remota est persona, quæ excommunicari potest, & est rationalis creatura baptizata, viua, inferior, & subdita Republica, vel tota ciuitas non potest excommunicari per sententiam, nisi in particulari singuli peccati consci:ei distinguantur. Nemo autem infidelem, vel scipsum, aut non subditum, seu mortuum excommunicat, sed excommunicatio in vita contracta, & non soluta, durat etiam post mortem, & post mortem absolui potest excommunicatus. Causa materialis pro-

xima est peccatum mortale consummatum, contumacię coniunctum, quod intelligitur etiam, quando fulminatur in futurum peccatum ex inobedientia, quia omnis inobediens, præsumitur contumax. Ignorantia inuincibilis excusat, nec vlla excommunicationis iuris comprehendit mandates, consulentes, fauorem, vel auxilium præstantes, nisi exprimatur, sed solum facientes, & quando illi exprimuntur, non incurvant, nisi sequatur effectus.

De causa formalis, & finali excommunicationis, & de sententia, iusta, & iniusta, valida, & invalida. Cap. 9. & 10.

IN iure non assignatur aliqua excommunicationis forma determinata, sed possumus uti huiusmodi verbis excommunico, sepa-